



CAatalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sancto Ligorio martyre. Cap[itulum]. lxxiiij.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)



Philippus episcopus et martyr passus est apud alexandriam sub severo imperatore. Hic illustrissimus prefectus alexandrie pater fuit sancti eugenii regis: et ab ea conversus ad christum: ut supra in eius passione actum est. vij. kalen. Januarii.

Qui relicta prefecture dignitate a christiano in episcopum alexandrie sublimatur. Ad cuius instantiam et informationem seuerus augustus libertatem christiano concessit: ut suis legibus in egypti partibus vterentur: eo quod ab eo ut olim prefecto suo informatus esset: christiano reipublice plurimum esse proficuos. Postmodum autem emulantibus paganis: seuerus edictum reuocauit: et misso illuc perennis prefecto in successorem philippo mandauit eide: ut aut philippum deo sacrificare compelleret aut depositum omnem dignitatem et facultatibus priuaret philippus autem infirmitatem simulauit: donec omnia sua pauperibus dispensauit. Quod audiens perennis dum ob timorem populi ipsum inuadere publice non auderet: latenter in ecclesia orantem gladio in gutture percussit. Qui tamen populum in timorem domini exhortans: per triduum superuixit. Sed in episcopatu menses. xv. miracula patrans. Et sic cum palma martyrii ad christum migravit idibus septembris. Sepultus in monasterio filie sue.

De sancto Ligorio martyre. Cap. lxxiiij.



Ligorius martyr in partibus grece passus est. Hic natione grecus: relicto seculo dum vaste solitudinis heremum coleret: hominibus incognitus esset: et gentilibus venatoribus inter vespres inuentus est. Et dum la-

tro putaretur: interrogatus quis esset: respondit se esse peccatorem christianum. Quem illi auditio christi nomine eius exoso more gladiis interfecerunt. Cuius corpus a venetis de partibus greciarum transuectum in monasterio sancti laurentii positum est. Quorum dies eius passionis ignotus esset: cuiusdam puero languenti quasi in extremis posito: quidam sanctus apparuit: seque ligorium esse dixit: puerumque admonuit: ut abbati sancti laurentii dies sue passionis. xiiij. septembris celebrandum esse indicaret: quo videlicet die ipse pro christo passus fuisset: et eo nunciato sua eius meritis sanitatem perciperet: puer autem ad se rediens: hec que viderat abbati nunciavit:

et continuo incolumis de lecto surrexit. Sicque dies passionis ligorii idibus septembris: esse exinde omnibus notum fuit.

De sancto Amato presbytero. Cap. lxxliij.



Amatus presbyter et

abbas monasterii romerici fuit: vir quidem mire abstinentie et anachoriticę vite secretor: virtutum et miraculorum gratia illustrem conuersationem ducens. Qui et migravit ad christum idibus septembris in ipso monasterio in pace tumulatus. Hec addo.

De sancto Maurilio episcopo. Cap. lxxv.



Maurilius episcopus

apud andegauensem civitatem clarus: cuius et episcopus fuit. Hic natione mediolanensis claris parentibus ortus. Primo quidem sancti martini in suo monasterio turone si discipulus fuit: sed postmodum solitaria eligens de turone recessit: et andegauensem urbem adiit: ubi in villa calourie plurimum antiquissimum idolorum reperit: statimque oratione fudit: et ignis de celo descendens ipsum consumpsit. Ibi ergo sanctus ecclesiam fundauit quam processu temporis sanctus martinus consecrauit: ubi et multo tempore maurilius in sanctitate vite moram traxit: multisque miraculis coruscavit. Nam puerum a vipera percussum pene extinctum sanauit. In presbitero ubi erat collis idolorum demonibus cum multo exitu expulsis idola consumpsit: ibique cenobium construxit. Cuius quidam raptus a mercatoribus: ut pretio venderet: ad eius presidium recursum habuit. Dum autem sanctus dominum illum ad redemptionem capti nullatenus inducere posset: raptor febribus inuasus subito exspirauit: quem sanctus maurilius sua oratione a mortuis suscitauit: statimque ille captiuam libere dimisit: quo etiam miraculo oes alios dicit raptoris socios ad penitentiam reuocauit. Naure quidam in mari periclitantes eum invocabant. Quod sanctus per spiritum cognoscens: ad litus accessit: et signo crucis edito tempestatem sedauit. Cuius pro quidam qui eius asinum rapuerat: nocte tota circumuagans: mane cum furto ante fores eius monasterii inuentus est: et asello reddito penitentiam egit. Post hec de consilio beati martini archiepiscopi turoni. in episcopum andegauensem electus est. Qui dum in sede pontificatus: a martino eius metropolitano consecratus: columba de celo ueniens capiti eius insedit. Dum quidam matrone sterili filium a deo precibus impetrasset: illaque parum febricitante ad maurilium celebrantem in ecclesia sancti petri baptizandum adduxisset: dum missa praeberet: puer sine baptismo